



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 73. Epistola Scanderbegi ad Papam de pace cum Turcis inita

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Peloponesum occuparet. Demum iidem Sæcul. XV.  
 Albanenses, & Insulanos auxilio adfuturos, Aloysio pollicentur. Hic jamjam iusta exequi parat, cum ecce! nuntium deferatur, Mahometem prospero armorum successu totam ferme Bosniam occupasse; cum ergo Veneti classem suam inopinato impetu a Turcis obrui pertimescerent, summi Pontificis opem implorant, qui etiam Bessarione Cardinale Venetias misso, eisdem spem auxilii præbuit, metumque invasionis dissipare conatus est, Comment.  
 tam felici eventu, ut Veneti resumptis ani- Pii II. l. 12.  
 mis bellum in Turcas publice decerne- Chalcondyl.  
 rent, illudque Lauredanus tam prospero lib. 10.  
 Marte gereret, ut Isthmum occuparet, Phranz. l. 3.  
 ac munitentis firmaret, necnon Lemnos, cap. 27.  
 & complures Insulas Ægæi maris, abjecto Turcarum jugo Venetorum imperio adjungeret.

### §. LXXIII.

#### *Epistola Scanderbegi ad Papam de pace cum Turcis inita.*

Rebus tam prospere succedentibus ve- Comm. l. 6a  
 hementer lætabatur Pontifex, brevi tamen paulisper imminutum est ejus gau-  
 dium, dum legationem accipit a Scan-  
 derbego, simulque comperit, quod Ma-  
 hometes Scopiam urbem ad Bosniæ,  
 & Albaniæ fines sitam, cum innumeris

F 5 pene

Sæcul. XV. pene copiis invasisset, Scanderbegus ve-  
A C. 1462. ro, cum tantæ potentiae vires suas resi-

stendo impares cognosceret, unicum con-  
servandæ Provinciæ remedium reliquum  
habuerit, ut pacem ab hoste peteret. Si  
vero, addebant legati, summus Pontifex  
bellum a Scanderbego adversus Turcas  
restaurari cuperet, tunc eidem in Patri-  
monio Ecclesiæ tutum quoddam rece-  
ptaculum designaret, quo, si regno pelle-  
retur a Turcis, se recipere, ibidemque  
quiete vivere valeret. Ad hæc Pontifex  
respondit, quod pacem a Scanderbego  
initam haud reprobaret, eoquod dura  
conservandæ Provinciæ necessitate ex-  
torta suisset, simulque Scanderbegum  
certum esse jussit, quod eidem in agris  
Ecclesiæ tutus refugii locus nunquam de-  
futurus esset, si pro tuenda religione de-  
certans a fidei hostibus regno suo ejice-  
retur. Hæc Gobelinus, cui majorem fi-  
dem tribuimus, quam vitæ Scanderbegi  
Scriptoribus, qui referunt, quod post re-  
ditum suum ex Italia plurimas de Turcis  
victorias reportaverit, ipsumque etiam  
Mahometem eo adegerit, ut pacem effli-  
ctim ab eo peteret; addunt etiam iidem  
Historici, quod Sultanus pacem vix a  
Scanderbego obtentam mox Venetis, &  
Archiepiscopo Dyrrachiensi suadentibus  
violaverit.

## §. LXXIV.